



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 4. Alia Pontificis consilia de bello Turcico

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

*prætermittimus, quin dissensiones eæ e me- Sæcul. XV.
dio tollantur, quod celerius faciendum ju- A.C. 1485.
dicamus.*

§. IV.

*Alia Pontificis consilia de bello
Turcico.*

Nec defuit Papæ promissis fidei con- *Id. num. 5.*
stantia; quippe ad pacem Florenti-
nos inter & Genuenses protinus conci-
liandam Mediolanensis Ducis operam
implorabat, eo fine, ut universæ Italiæ
vires ad communis hostis impetus retun-
dendos jungerentur: hæc tamen con-
cordia non nisi anno proximo restituta
est. Interea summus Pontifex Ferdinan-
dum & Isabellam Arragoniæ & Castel-
læ Reges admonuit, quatenus validam
classem in Siciliam mitterent, ut hoc Re-
gnum a Barbarorum incursionibus defen-
di posset; Toletanum quoque Cardina-
lem, qui in Hispania plurimum gratia &
auctoritate pollebat, ut Regem Catholi-
cum ad tam pium opus permoveret, Pa-
pa sollicitabat; cum autem tanto stu-
dio ceteros Principes ad tuenda sua pro-
vocaret, ipseus maritimæ suis in ditio-
nibus oræ, quantum poterat, munien-
dæ non defuit, deditque mandata Joan-
ni Baptistæ Ursino Apostolicæ Sedis Le-
gato,

Sæcul. XV. gato, ut Marchiam Anconitanam præ
 A.C. 1485. fidiis fortissimis, & abundanti commo-
 tu instrueret.

§. V.

*Chienses pro auxilio adversus Turcos
 Pontifici supplices.*

Interea Chiensis Insulæ cives, cum eo-
 tibus Turcarum grassationibus læse-
 riti, totius suæ ditionis periculum præ-
 sentirent, auxilia ab Innocentio Papa
 postulabant: Hic vero cum ad desce-
 dendam Italiam adversus imminente
 hostium incursus totum se impendere co-
 geretur, vehementer dolebat, quod
 rendæ opi impar esset, præsertim cum
 ærarium ob contracta nomina ferme ex-
 haustum nosset. Egit nihilominus cum
 Petro Aluffonio magno Rhodiorum Ma-
 gistro, ut suscepto Chiensium patro-
 nio Bajazethæ ab ejusmodi incur-
 bus revocaret; cumque Aluffonii aucto-
 ritas apud hunc Sultanium haud in-
 mo esset loco, ipseque cum eo foedus
 pepigisset, facile ejus precibus datum est,
 ut hi Insulani turcicis vexationibus libe-
 rarentur; Ipsi vero tanti beneficii me-
 mores, Aluffonio vas ingens argenteum
 politissimo artis ingenio elaboratum do-
 no dederunt, in quo insculptum visibe-

*Bosius hist.
 Equit. afe-
 rosol. l. 14.*